

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S.S. Theologiae Doctor,
Professor ... Ad Exequias quas Puerulo ... Antonio Henrico Varmeier, Hodie ...
parabunt, Cives Aeademiae ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174715>

Druck Freier  Zugang



Quistorp. J.,

in A. H. Varmeier

Rost. 1630.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
/rosdok/ppn777174715/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174715/phys_0002)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777174715/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174715/phys_0004)

DFG

168. 102

RECTOR
Academix Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS
S. S. Theologiæ Doctor, Professor
& Ecclesiastes.

Ad

Esequias

quas
PUERULO MELLITISSIMO,
ANTONIO HEN-
RICO VARMEIER,

*Hodie hora Prima Parentes
parabunt,*

Cives Aeademiacæ, ut in templo
Mariano convenient, invitati.



ROSTOCHI
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.
Anno M. DC. XXX.

6



603

RECTOR
Academiæ Rostochiensis
J OH A N N E S
Q U I S T O R P I U S

S.S. Theologiæ Doctor, Professor
& Ecclesiastes.



Ere is, quisquis
etjam fuit, de vita hu-
mana affirmavit, *diu vi-
vere esse diu torqueri.* Si
quis enim omnem vitam
hominum, omnesque æta-
tum differentias, & quæ in singulis experiri
homines necesse habemus, consideret, verissi-
mum id esse re ipsa deprehendet, nullam æta-
tem ab ærumnis & tormentis immunem esse.
Gemebundi vitam ingredimur, labore eam

A 2

trans-

transfigimus, languore eandem conficimus.
Eadem est omnium, divitum ac pauperum,
nobilium ac ignobilium, senum ac juvenum,
ratio. Nemo est qui sibi peculiare aliquid
datum affirmare ausit. Infantia circumfusa
quamvis sit varijs difficultatibus, & periculis
exposita innumeris, uno tamen hoc felix, ju-
dicanda, quod infeliciem suam sortem, & quod
sibi alijsque gravis est, ignorat. Simulac cor-
pus incrementum sumit, ac annorum nume-
rus augeri incipit, ærumnæ crescunt, & nu-
mero ampliori nos exercent. Est illa, quæ
infantiam insequitur pueritia, non absimilis
illorum vitæ, qui carceri inclusi, perpetuam
liberationem exspectant. Quid puer alieno
imperio subjectus aliud optat, quam ut ferulæ
metum excutiat, & suo liber jure vivat? Voti
si redditur compos, si ex ephebis excedit, & sua,
jam vir factus, libertate fruitur: hæ ipsi de-
mum injiciuntur compedes, illis laborum con-
stringitur catenis, ut se tum verè in ergastu-
lo constitutum esse experiatur. Crescunt
cum annis labores, & quò quis vitæ annos plu-
res numerat, eò labores & plures, & difficilio-
res in censum referre potest. Duabus vocibus
cum Mose complectimur, quicquid est in vi-
ta hu-

ea humana, nil aliud id est, quam *labor* & *dolor*. Gustare has hujus vitæ difficultates cæperat ANTONIUS HINRICUS VARMEIER, infans tenellus, qui si easdem nobis exprimere posset, querula & balbutienti lingua, quas biennio hoc sensit, quo vitam miserè duxit, recenseret longe plurimas. Felix pūsio, cui citò vitæ hujus miserijs defungi contigit. Vitam hanc non vitam, sed miseriaram vallenī, infans hic ingressus est, anno supra millesimum sexcentesimum vigesimo octavo, septembris die decimo octavo. Patrem habuit, virum Clarissimum ac Consultissimum, Dn. THEODORUM VARMEIERUM. J. U. D. judicij, quod in Megapoli est provincialis, & Consistorij Ecclesiastici advocatum & procuratorem solertissimum: Matrem, à pietate, pudicitia, probitate commendatissimam fœminam, ELISABETHAM PYLLIAM. Avum paternum, virum Amplissimum & Consultissimum, Dn. JACOBUM VARMEIERUM I. U. L. & Reverendissimi ac Illustrissimi quondam Episcopi Osnaburgensium & Verdensium, Domini Philippi Sigismundi, Ducis Brunsvicensis & Lunæburgensis, Consiliarium, ac Gogravium per-

A. 33

annos

annos bene multos, dum viveret, meritissimum. Aviam paternam salutavit CATHARINAM STORKIAM, Matronam, & annis & moribus, qui fæmineum sexum decent, insignem, ex celebris ac vetustis STORKIORUM & RINTELIORUM familijs, in Osnaburgensi Episcopatu, & locis vicinis famigeratis, natam, atq; etiam num cum difficultatibus hujus vitæ colluctantem. Avo materno natus fuit IACOBO PYÆL / cive quondam hujus Urbis primario, & templi apud nos Mariani præfecto industrio ac fideli, viro antiqua virtute & fide. Avia materna, quæ adhuc annis gravis, vitam hanc trahit, ipsi fuit Tillsche Döffen/matrona & pia & modesta: Soror Experientissimi & clarissimi viri Dn. NICOLAI DOSSEN, Medicinæ olim Doctoris, cuius; defuncti quamvis, medicinæ studiosi, ob stipendium, quo ab illo donati sunt, atq; etiam hodiè fruuntur, memoriam grati usurpant. Hi huic denato parentes, avi, aviae, avunculus magnus fuere. Ex his ille, ijs, qui in vivis adhuc sunt valedixit, eos, qui illum ad cœlestia gaudia præcesserunt, insecurus est. Præter illas miserias quas secum fert vagiens æras, proprias per quadrantem anni, & quod

quod excurrit, experrus est. Quo
ulcere primò nati, ac deinde, sine interrupti-
one tenellum corpus afflentes dolores, eum
habuerunt miserrimum. Excepit hos demum,
paucos ante dies, quam mundo valediceret ca-
tarrhus, quem suffocativum Medici nomi-
nant, qui vitæ ipsi finem, 4. hujus mensis die,
inter 4. & 5. vespertinam beatum attulit.
Finem inquam vitæ, ipsi morbus, hora illa
quam dixi, attulit, sed vitæ ejus, quæ non vita,
sed calamitas est: simulq; initium fuit vitæ,
verè vitæ, in qua morbotum, miseriarum,
ærumnarum expers, cœlestibus mixtus genijs,
trophæa salvatori suo cantat.

Ψυχὴ μὲν μέκεις ἐδεσμοῖς τόπος σῶμα κρατεῖται
Φθαρτὰ νοσοὶ πάγη θυγῆτες αληθόσιν εἶκε.
Ἴνυν δὲ ἀνάλυσιν Βεστίων, μὲν σῶμα μαρεύειν
ἀκίνητη εὔρηται εἰς ἀρθρογόνῳ Φορεῖται,
αἷς ἀμφεπτὸς θοι μένει δὲ εἰς παρπατεῖν ἀπήρης
πεντώντος τοῦτο τέλος οὐδετέχει πεποιηται.

Vincla tenent animam dum corporis, obruta
curis

Mortales alit affectus, ceditq; dolori.
Ait simul interit stratum lacrymabile corpus
Mox resoluta volat super ardua culmina cœli.
Atq; expers senij, perq; omnia secla superstes,
Illa be-

168
sanet. Deus hoc sancivit ab anno
Consilio nutuq; suo qui cuncta gubernat.

Corporis exuviae omnium nostrum matri,
committentur ad hodiernam primam pome-
ridianam, eas ut frequenter cives Academicci
comitentur, eoq; fine in templo Mariano
conveniant, summo eos rogo opere. P. P.
Rostochij VII. Novembris Anno M. DC.
XXX.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777174715/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174715/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777174715/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174715/phys_0014)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777174715/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174715/phys_0016)

DFG

quod excurrat, expertus est
ulcere primò nati, ac dein
one tenellum corpus affligit
habuerunt miserrimum. I
paucos ante dies, quam mu
tarrhus, quem suffocative
nant, qui vitæ ipsi finem,
inter 4. & 5. vespertina.
Finem inquam vitæ, ipsi
quam dixi, attulit, sed vitæ
sed calamitas est: simulq;
verè vitæ, in qua morbo
ærumnarum expers, cœlestis
trophæa salvatori suo cantat

Ψυχὴ μὲν μέλεις ἐς δεσμοῦσις τὸς σι

Φιλοπάνοροι πάγη Θυγατρίς αληθός
ηνίης δὲ ἀνάλιτη βεστέλω, μῆτρα σῶμα
ώκιστην εὐρήτης ἐς ἀντεργάποντα Φορέα

αἰσι ἀγέας οὐδε μήνες δὲ εἰς παρμητούς
πειστούς τοι ταῦτα γε διέταξε πε

Vincla tenent animam dum
curis

Mortales alit affectus, cedi
Ast simul interiit stratum la
Mox resoluta volat super are
Atq; expers senij, perq; omi



interruptu
ores, eum
s demum,
liceret ca
ici nomi
nensis die,
n attulit.
hora illa
non vita,
fuit vitæ,
seriarum,
us genijs.

obrata

corpus
na cœli.
perstes,
Illa be-